

18. FORTUNANTE ET ANNUENTE

P. 9. 53.

SACRO-SANCTA TRINITATE: *Pr. N. num. 10.*

DISSERTATIO

1638, H

De

14

JURE RE-TRACTUS,

Quam

Consensu & autoritate Ma-

gnifici, Amplissimi & Consultissimi Jctorum

Ordinis in LL. nutrice Salana,

SUB TUTAMINE

VIRI

Nobilissimi, Amplissimi atq; Consultissimi

DN. ZACHARIÆ Prüeschence/

Jcti, Professoris hujus Academiae Publici, Consi-

siliarii Saxonici, & in Curia Provinciali Scabinatuque

Adfessoris dignissimi, Praeceptoris ac Fautoris sui

nunquam non officiosè colendi,

Ad diem Maji

In Acroaterio Jctorum

Publicae disquisitioni proponet

CHRISTIANUS GUNTHERUS von Schlotheim/

NOB. THUR.

Inprimebat ERNESTUS STEINMAN A.O.R. 1638.



39

FOR TUNANTE ET ANNENTE

SACRO-SANCTA TRINITATE

DISSERTATIO

IURIS

TRACTATUS

CONSENSU & AUTHORITY

græci, Amphibolici & Compositi

Ordinis in LL. nunc

SUB TITULO

VIRI

in

DR. ZACHARIE

in

in

in

in

in

in

in

in

in

in



CUM DEO!
DE JURE RETRACTUS.

THESIS I.

NE theses aliquot de Jure Retra-
ctus propositurus super incerto laborem,
opportune arbitror orsum formavero in-
tractatione propositæ materiei, & secun-
dum monitum Macrobiani *libr. 1. Saturn. & ad
exemplum tum Aristotelis l. 4. Phys. text. 57.*
cum ipsius etiam Ulpiani *in l. 1. ff. de J. & J. ab Erymologia
vocis Retractus: Est autem hæc, cujus fundamentum sume
ex l. 1. C. de Natur. liber. vox latina; ceu id probat Jac. Curtius
Conjectur. l. 2. tom. 1. c. 15. textu l. fin. §. 2. ff. de administrat. rer.
ad civit. pertin. & auctoritate Virgilii lib. 5. Æneid.*

Nate Dea, quo fata trahunt, retrahuntq; sequamur.
Andreas Tiraquell. *tract. de retract. lignagier. pref. n. 5.* sic di-
cta à re & traho, vel quod proximus ad familiam, à qua res
exierat, eandem revocet. *Tiraquell. d. lo. vel quod contractum
antea celebratum non in totum quidem distrahat, sed sal-
tem ad se, utpote ad quem primò directus non erat, hoc Ju-
re dirigat.*

II.

Retractus vocabulum synonymum est, & varias so-
citur appellationes; Sic Latinis nonnunquam dicitur Jus
congrui. *Matth. de Afflict. ad Rubric. Const. Frederici de Jur. pro-
ximis. n. 1. arreptâ occasione ab initio. l. congruit. 4. C. de locat.
predior. Civil. & Fiscal. Reinkingk de Retract. consanguinit. q. 1. n. 6.
cum æquitati congruat, ut avitæ domus aliaque immobilia
singulis familiis reserventur, proximis & consortibus in-
emtionem rerum distractarum, aliis prælatis. arg. l. 38. ff. de R. V.
Marcus Maranta comment. in l. dudum. C. de contrab. emt. & ven-
dit. pr. nonnunquam Jus Præsentationis, ut refert ex Paulo
Cast. Tiraquellus *tract. de retr. lignag. pref. n. 3.* Græcis rectè
A 2 voca.*

vocatur Jus Negotiorum, & *ἀποκρίσιον* præfero, cum *ἀποκρίσιον* nihil sit aliud, quam jus prælationis, quo illi, quibus hoc jus specialiter concessum est, aliis anteponitur. *Marc. Marant. d. lo. & Reinkingk d. tr. q. 1. n. 1. & seq.* Malè verò *ἀποκρίσιον*, præclusio prima, aut *ἀποκρίσιον*, prima mixtio, aut prothenysis, ut sine auctoritate iterum atque iterum legit Oldendorp. in lib. de Jure & Æquitate. Italis, teste Philippo Decio *Conf. 223. col. 2. vers. Sed in nullo modo.* Recompra dicitur, quòd Cōsanguineus rem venditam familiæ recuperet. Tiraquell. *d. l. n. 4.* Gallis Retraict lignagier. idem *ibidem n. 4.* Et nobis tandem Germanis, Das Freundrecht / *Jerem. 32. vers. 7. & 8.* Der Einstandt / *Gail. 2. observ. Pract. 19.* Item, Der Vorkauff oder die Nähergeleitung / *Constit. Elect. 32. p. 2. Zobel. 2. differ. 37. n. 10.*

III.

Cum verò cujusque rei potissima pars sit principium *l. i. ff. de Orig. Jur.* ita ut nefas esse videatur, rem, ejus origine non repetita, exponere, conveniens existimavi præmissâ definitione nominis Juris Retractus originem nunc monstrare. Et quidem illud vetustissimum non à sapientibus olim, Nomothetis excogitatum & in Respublicas introductum est, sed in primordio ævi à Moysè sancitum. *Levit. 25. vers. 25. & Ruth c. 4. v. 3. Ernest. Cothman. Resp. 42. n. 75. vol. 4.* ut inde quàm rectissimè ejus originem juri divino adscribant *Boer. in consuetud. Biturig. tit. de retr. lignag. §. 1. & Mynsinger. cent. 3. observ. 51. n. 6.* Deinde hoc jus, licet in Hebræis singulares sibi causas ex quorundam sententia vindicaverit, cum fuerit favorabile & naturæ simul ac naturali rationi conveniens, manifestæ æquitatis intuitu à Græcis receptum. *Matth. de Affl. tr. de Jur. Protim. §. scriptum est. pr. & n. 1.* ad Romanos etiam abiit. *Constit. Friederici de Jur. Protim. verbis; in omni provincia. & l. dudum. C. de contrab. emt. & vend. Matth. de Affl. d. tr. §. tota hæc lex. n. 20.* in omni ferè provincia hodiè adprobatum. *d. Constit. Fried. ibi: in omni provincia.* Sic enim in Gallia permissum Retractum generali consuetudine testatur *Johan. Faber in l. 1. C. de Summ. Trinit.* Sic in multis locis Italiæ ex *Alexand. vigere Retractum, ex Guid. Papæ in Germania, ex Tiraquello*

quello in Hispania, ostendit *Bened. de Jure Protim. in rubr. n. 27.*
Inde hoc corroboratū Jure Canonico. *c. 8. ext. de in Integr. restit. & c. potuit. ext. de locato.* Civili, tūm scripto, & generali. *l. dudum. 14. C. de contrah. emt. l. fin. C. de jur. emphyt. l. un. C. non licere habit. metrocom. d. Constit. Freder. de Jure Protim. tit. 26. §. Titius. & tit. 3. §. 1. cum tit. 9. §. 1. vers. porro 2. F. & speciali, eoque vel Provinciali, ut Saxonico *Libr. 2. Landrecht art. 52. & Constit. Elect. August. 31. 32. & seqq. p. 2. Berlich p. 1. Conclus. Pract. 39. per tot.* vel Municipali, ut Erphordiano, *Erphordiana Reipubl. amplissimi Senatus ordinatione Politicā articulo 12. Vom Landgericht, tūm non scripto, ut Consuetudinibus. text. in c. constitutus. ext. de in Integr. restit. ordination. Solmens. p. 2. t. 12. pr. ibi:* Nach dem der Abtrieb durch vndencklichen gemeinen Gebrauch in dieser Landsart eingerissen. *Reinkingk d. tr. q. 1. n. 38. contra quas nulla cautela in venditione emtori utilis est. Tiraquell. d. l. §. 1. gl. 2. n. 60.* Observandum hīc tamen, quōd in materia Retractus neque consuetudo loci retrahentis, neque contractus celebrati sit attendenda, sed potius inspiciendæ sint consuetudines locorum, in quibus res Retractui obnoxie venditæ sitæ sunt. *Costal. advers. part. 3. ad l. si vir uxori. p. 516. quia hoc Jus reale est. Matth. de Affl. d. §. tota hac lex. n. 30. verb. in contrarium. juncto §. Est autem. n. 18. & Reinkingk tr. de Retractu consanguinit. q. 1. n. 43. & rem ipsam afficit. Wesenbec. consil. 39. circa fin. non verò personam. Martin. Peg. tr. Vom Vorkauff oder Einstandt lib. 2. c. 36. vers. Es mag aber ibi: Den diese Be- rechtigkeit /c. fol. 19. citatus à Reinkingk d. l. Unde etiam actio ex hoc Jure competens in rem scripta est. Reinkingk d. tract. q. 9. concl. 2.**

IV.

Definiri potest, quōd sit Jus, rem immobilem per venditionem alienatam, legitimè revocandi: In qua definitione generis locum supplet jus, quod hīc nihil aliud est, quàm facultas & potestas jure concessa. Differentiam verò specificā, quæ facit, ut Jus, quod aliās cōmune est multis rebus, quæ nō sunt Retractus, hīc restringatur, denotāt reliqua verba, I. Rē immobilē; ad excludēdas res & mobiles, juxta Tiraquellum

de retractu lignagier. §. 25. En chose mobiliere n'a point de re-
tract. & mobilia loco de jure habitas: e. g. pecunias in
cambium collatas, itemque redactas ex venditione rerum
immobilium, cum per textum in *Constit. Freder. de Jur. Protim.*
pr. tum quod rerum possessio fluxa admodum sit & fragilis,
imò vilis & abjecta. *l. 47. ff. de acquir. vel amitt. poss. & l. 22. C. de*
administ. tut. Immobilium verò multo dignior, majorq; in-
de in ea cadat affectionis consideratio. *l. 15. pr. ff. qui satis dare*
cog. & l. 1. C. de Usucap. transfor. II. Per venditionem aliena-
tam; quæ voces designant non sufficere ad Retractum rem
immobilem, nisi eadem sit alienata alienationis modo spe-
ciali, puta venditione. *Ruth. c. 1. vers. 3. & 4. l. 35. ff. de minoribus*
& d. Constit. Frider. ibi: Per venditionem. & quidem legitimam,
h. e. omnibus partibus absolutam ac traditione perfectam. Nam
in venditione nulla & invalida Retractus jure opus non est.
argum. l. non putavit. §. non quævis. ff. de bon. possess. contr. Tabb. non
verò aliis contractibus, in quibus perficiendis non interve-
nit pretium, ut in Permutatione, Locatione, Donatione, &
id genus aliis. *Tiraquell. d. tr. §. 1. & Reinkingk d. tr. q. 4. num. 1.*
III. Legitimè revocandi; Ubi maximè solemnitas hujus
Juris conspicitur, requiritur enim 1. ut Retrahens intra, si-
ve statutis decisa, si ve usu longo & moribus hominum
introducenda, & pro locorum diversitate variantia tempora
Retractum intentet: Sin autem certum tempus præfixum
non est, ad jus commune recurrendum; & quidem ex Jure
Canonico & Feudali anni & diei tempus conceditur. *c. con-*
stitutus. ext. de in integrum restit. & 2. Feud. 26. §. Titius. *Reinkingk*
q. 7. n. 1. & 10. quod tempus non tantum augustissimum Came-
ræ tribunal observavit. *Gail. 2. observ. 19. n. 14.* sed & secundum
illud hodiè in plerisque Dicasteriis & civitatibus pronun-
ciatur, ut patet ex *Constit. Elector. 32. p. 2. & Sandrecht lib. 3. ar-*
tic. 33. quo tempore elapso tacita quædam Juris remissio in-
troducitur, ut non admittatur moræ purgatio. Hoc verò
tempus, ex quo currere incipit annus, continuum est, ideo-
que ignorantibus currit. *arg. l. 8. ff. de his, qui not. infam. cursus tamè*
iste incipit à die traditionis secutæ, quæ tum facta intelligi-
tur,

tur, cum contractus omni ex parte perfectus præcessit, quod
fit ex eo die, quo venditio relata est in acta. *Tiraq. d. tr. §. 1. gl. 10.*
n. 12. & 15. Et sic in Pomerania annus Retractus ex eo die, quo
venditio relata est in librum hæreditarium, In das Erbe oder
Stadtbuch, vnd die Verlassung vorm Racht geschehen / curren-
incipit. *Jus Lub. lib. 3. tit. 6. art. 2.* Concordat *Jus Saxonie. Hill.*
Don. enucl. 4. comment. 17. in fin. 2. Ut sibi & in usum suum,
non in commodum tertii extranei & fraudem emtoris retra-
hat. *l. fin. C. de Jur. Emphyt. l. pen. & fin. C. de locat. præd. civit. Bocer.*
2. disp. 20. thes. 55. Hinc sæpè ex statuto requiritur juramen-
tum, quòd bonâ fide & sine fraude ad Retractum veniat. Ex
quo concluditur, jus retrahendi extraneo cedi non posse.
Virg. Pingitz. q. 30. Et ita hac in Academia responsum fuisse
testatur. *Gail. 2. observ. 19. n. 10.* Valet tamen cessio, si fit alicui
cognato ex ista familia. *Matth. de Affl. §. 1. n. 43.* quemadmo-
dum & in Jure Retractus ex pacto, si fit extraneo. *l. fin. C. de*
hered. vel action. vendit. Tiraq. §. 26. gl. 3. n. 1. & seq. 3. Ut refun-
dat pretium. *Bachov. ad Treutler. vol. 1. disput. 23. thes. 5. lit. A. & B.*
1. Justum quod sine dolo & fraude venditor à vero emtore
statim consequi potuit. *arg. l. fin. C. de Jure Emphyt.* Respicien-
dum tamen hic est non tam ad justam rei æstimationem, quam
quod emtor dare paratus fuit. *Hartman. Pistor. q. 12. n. 9. Reink.*
q. 6. n. 122. quod & vult Elector Augustus *part. 2. Constit. Elector.*
33. Daß der / welchen der Vorkauff gebühret / nicht allein justum
pretium, sondern so viel / als der Vorkauff von einem andern
darumb haben kan / zahlen vnd erlegen sol: Es were denn Sache /
daß betrieglicher Weiß einen vmbzuführen / oder von dem Vor-
kauff mit großem Auffsat abuschrecken gehandelt. *Dis. Jas. in l.*
122. §. 3. ff. de V. O. Gail. 2. observ. 19. n. 7. & 8. 2. Reale, non
admissis fidejussoribus vel pignoribus, cum illos eosq; ido-
neos dare, non sit solvere. *l. 4. §. 3. ff. de re jud. sed facta numerat.*
ione pecuniaz integræ. arg. l. 34. fin. ff. de statu lib. l. 73. ff. de solut.
partem enim solvendo non liberatur, utpote quod multa
fert incommoda. l. 3. ff. familia hercis. l. quidam existimaverunt. ff.
de rebus creditis. Quòd si de pretio Retractu non constet,
certa quantitas potest offerri, cum protestatione de residuo
sol.

solvendo, quando id liquidum fuerit. *l. 34. §. Imperator. ff. de statut. lib. Tiraquell. de Retr. M. S. 1. gl. 19. n. 2.* 3. Plenarium, h. e. cum sumtibus & impensis tempore contractus necessariò & utiliter sine fraude factis. *l. 16. ff. de in diem addict.* quo possunt etiam computari symposii impensa, des Weintauffs & alii sumtus modò moderati, nec legitimum modum egredientes. Ne verò Retractus difficilis sit retrahenti, cautio est, ut denunciaret emtori, ne sumtus in prædium emtum faciat. *Gail. 2. observ. 19. n. 10.* Tandem & illud addo, solutionem in omni usitata & proba moneta genere posse fieri, dummodò non sit minus minutæ, nec, ut & in certa moneta specie pretium redderetur, inter emtorem & venditorem absque præjudicio retrahentis conventum sit: eo enim casu retrahens pactum servare tenetur, *secundùm Constitut. Imperat. Ferdinandi Augustæ promulgatam anno 1559.* quæ extat in den Reichsabschieden fol. (mibi) 533. §. Die jetztgemelten Reichsmünzen. Nec etiam repudiari potest Retrahens, si pecunia mutuata retrahere velit, cum & per eam solutio rectè fiat. *l. 14. ff. de rebus credit.*

V.

Retractus summa divisio hæc est, quòd aut sit jure receptus, aut voluntate Privatorum constitutus. *Bocer. el. 2. disput. 20. thes. 3.* Ille Legalis dictus ex Legis provisione dependet, & vel Jure communi, vel statuto, quale Friburgi Brisgoiæ esse, testatur *Gail. 2. observat. 19.* vel consuetudine loci competit; qui posterior Municipalis indigitatur, & in species aliquot, videlicet Territorialem, Marklösung/Censua-lem, Zinslösung/Partialem, Theilösung/& Gentilitiam, Erb- lösung à Dd. subdividitur. *Bocer. dd. thes. 7. & 8.* Hic verò, voluntate Privatorum constitutus, est vel Conventionalis, vel Testamentarius. Conventionalis ex conventionem & pacto partium proficiscitur. *Tiraq. pref. tr. de Retract. Conventio- nel. n. 1.* puta, quando inter emtorem & venditorem convenit, ut venditori intra certum tempus, vel nullo etiam destinato tempore quancumque voluerit, liceat rem venditam restituto pretio redimere. *l. 2. C. de pact. inter emtor. & ven-*

vendit. Ubi tamen non incumbit emptori, qui prædium vel molendinum instructum emit, si tempore revenditionis instructio illa imminuta sit, illam reparare & in pristinum statum redigere, modò sine culpa ejus, rei venditæ aliquid decesserit. *arg. l. 9. §. Si vestis. ff. usufr. quemadmodum caveat. Lindem. de Jur. Protim. c. 1. thes. 24.* Quòd si verò consanguineus jure protimiseos primum venditorem ab emtione repellere audeat, priorem venditorem propter jus ex pacto quæsitum, consanguineo omninò præponendū esse, existimamus cum *Tiraquell. de R. C. §. 1. in fin. ibi: Tellement que ledict vendeur, a qui la dicte Grace est ainzi donnee, ou ses heritiers, sont & seront preferez es lignagiers.* Testamentarius autem est, si testator ultimâ voluntate per fideicommissum potestatem alicui dat, ut si quis legatariorum vel heredum de fundis relictis unum aut plures in extraneum per alienationē transulerit, integrum ei sit fundum venditum oblato pretio redimere. *l. 69. §. 3. ff. de Leg. 2. & l. 38. pr. cum §§ seqq. ff. de Leg. 3.* Quando verò ipsi heredes in hereditatis divisione paciscuntur, ut si quis coheredum secundum *L. 132. §. 3. ff. de V. O.* extraneo quippiam vendiderit, hoc reliqui retrahere possint; prout in Ducatu Württembergico obtinet, id ad conventionalem potius retractum referri volumus. *ex Boc. el. 2. disp. 20. th. 38.*

VI.

Competit Retractus Jure communi (1) Adgnatis Vasalli, si feudum paternum Vasallus licitè extraneo, vel etiam Adgnato remotiori vendiderit. *2 F. 3. §. Sed etiam res. Tiraq. ad §. Si ancun. 1. gl. 9. n. 146.* (2) Domino Feudi in casu, quo alienatio Feudi licita est & non existentium adgnatorum. *2. F. 9. §. 1. vers. porro.* (3) Domino Emphyteuseos. *Lult. C. de Jur. Emphyt.* ita ut cū alio adgnato proximo rem retrahere volente concurrens, adgnato præferatur. *Matth. de Afflict. §. tota hæc lex. n. 11. Berlich. part. 2. conclus. pr. 39. n. 4.* (4) Habitatoribus metrocomiarum sive convicanis, qui itidem fundum ad alios, qui non sunt de ejusdem metrocomiæ ambitu, per alienationem translata ad se possunt reddito pretio retrahere. *Lan. C. non licet. habit. metrocom.* (5) Fisco in metallis. *l. 1. fin. C. de metall.*

B

tall.

Ball. Berl. d. concl. pr. 39. n. 7. (6) Creditori & cognato in bonis debitoris distrahendis, item extraneo, cui major pecuniæ summa debetur. l. 1. ff. de privil. cred. & arg. l. 6. C. de pact. Marant. d. d. 8. n. 29 (7). Cognatis, eo verò, quo per ordinem successionis vocantur modo: Primo igitur loco inter consanguineos sunt descendentes, h. e. liberi, qui Jure Proximiseos uti possunt. l. 35. ff. de minor. & Novell. Elect. Aug. p. 2. Const. 31. vers. So viel aber die Kinder belanget / licet etiam sint legitimati per subsequens matrimonium. Nov. 74. c. 2. c. tanta. ext. qui filii sint legitimi. cum per omnia legitimis sint similes. Novell. 89. c. 3. & æquè per illos ac per hos familia conservetur. Reink. d. tr. q. 2. n. 276. & Berlich. p. 2. concl. 39. n. 18. Dissentit Gail. 2. observat. 19. n. 7. & Tiraq. de R. L. §. 1. gl. 8. n. 10. Quibus annumerantur tempore venditionis concepti, ante termini legitimi lapsum nati. arg. l. qui in utero. ff. de stat. hom. l. peto. §. à fratre. ff. de leg. 2. l. si cognatus ff. de reb. dub. his enim hoc Jus in re à patre vendita, eo tam vivo, quam mortuo indulgetur. arg. c. constitutus. ext. de restit. in Integr. Secundo deinde loco ponuntur Adscendentes, qui deficientibus descendentes omnibus ex latere conjunctis anteponuntur. Tiraq. de retr. lignagier. §. 14. gl. 2. n. 12. Denique veniunt collaterales, non indistinctè quidem, sed eo quoque, quo vocantur, successionis ordine. §. F. 13. ita ut semper excluso remotiore, proximior admittatur, tum l. 69. §. 3. ff. de leg. 2. & arg. pr. d. Constit. Freder. tum quia Retractus datur quodammodo jure cognationis, consanguinitatis & successionis, ubi semper proximus, h. e. quem nemo gradu antecedit, præfertur. l. 2. §. 2. ff. de suis & legitim. hered. l. 1. §. 5. ff. und. cognat. Si verò plures fuerint ejusdem gradus, pari jure pro rata illos admittimus. Constit. Freder. vers. Si verò plures. de Jure Proxim. Tiraquell. §. 1. gl. 9. n. 178. & §. 11. gl. 10. 11. modò res vel non sit individua & commodam partitionem respuat, ut servitus; hanc enim cum eadem à pluribus possideri nequeat, unus saltem potiri potest, videlicet qui prior provocavit, aut si conjunctim provocarunt, cui per sortem accessit. Reinkingk q. 6. n. 84. & seq. Berlich. p. 2. concl. pract. 39. n. 28. vel alter retractu uti nolit, hoc enim casu portio non utentis retractu accre-

accrescit aliis uti volentibus, adeo ut in solidum agere possint. *l. 2. ff. de hered. petit. junct. l. 1. C. quando non pet. part. Matth. de Affl. §. tota haec lex. n. 43.* Sin vero deficiat consanguinitas, jure societatis & communione instituitur Retractus ab iis, quibus in re vendita aliquod jus ratione census & perceptionis competit. Et si plures concurrunt, praefertur, qui majorem partem possidet. *arg. l. majorem. de pactis. Tiraq. §. 11. gl. 6. num. 17.* Competere etiam hoc jus ex Constitutione Frederici patet vicino, h. e. fundum vel domum contiguam habenti, non vero e regione vel regia via, aut flumine publico interjecto remoto. *l. 17. §. 2. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. ita ut etiam inquilino anteponatur, cum huic nihil in re juris, vicino vero quoddam communionis competat. per tradita ab Affl. h. t. §. Si autem concurrat.*

VII.

Excluduntur vero à Jure ^{retrahendi} illegitimè nati sive bastardi, ut qui jus adgnationis vel cognationis non habent. *l. spurius. ff. unde cognat. nec de domo sint aut familia patris. l. 195. §. 12. ff. de V. S.* In morem tamen hujus vel illius regionis diligenter inquirendum, quid in ea frequenterur. *l. 34. ff. de R. 7.* Accidit enim saepe, ut qui in hac regione jure congrui non gaudent, in alia non aliter ac legitimi, retrahendi potestatem habeant; id quod de Thuscis affirmatur, quorum bastardi sunt de domo Patris & de consuetudine generali arma domus gestant. *Angel. in l. ex facto. §. Si quis rogatus. ff. ad Sctum Trebell.* Quamvis vero in paternis bonis bastardi non possint retrahere, in re tamen materna, cujus respectu datur cognatio. *§. 3. ff. ad Sctum Orphician.* jus praelationis sibi recte vendicant. *Tholos. in Syntagm. Juris. l. 20. c. 17. n. 10. & Matth. de Affl. §. tota haec lex. n. 46.* Et ita in ordinatione Electorali Trevirensi expressè caveri, *§. Item kein Bastardt. vers. Doch soll man solches nicht verstehen in mütterlichen Gütern / darinn ihm der Abtrieb vbenommen ist / attestatur Reinkingk q. 2. n. 272.* Imò quod de Bastardis supra dictum ad bastardorum & spuriorum liberos legitimos rectè extenditur; quod ita cautum videtur in *Ordin. Solm. p. 2. tit. 12. §.* Denn erstlich setzen vnd ordnen

nen sive. Reinkingk d. q. n. 262. Præterea remouentur adoptivi,
ut filii ficti non veri. l. 23. & l. 39. ff. de adopt. sicut & ingrati ad-
uersus Parentes venditores. Gail libr. 2. observ. 122. qui enim
vitæ, famæ, aut familiæ venditoris insidias struit, illi ceu indi-
gno hæc alias ex jure concessa potestas adimitur. text. in Con-
stit. Freder. vers. Licet autem. §. F. 13. Matth. de Affl. §. Licet enim. n. 3.
usque ad 7. quo referuntur justè exheredati, utpote qui pro-
mortuis habentur. l. 1. §. 5. ff. de conjung. cum emancip. liber. ut &
personæ monasticæ & religiosi DEO devoti, cum & ii tales
& propriè nihil tenere jubeantur. c. 8. placuit. 16. q. 1. Clem. Exi-
vi de paradiso. de V. S. auth. ingressi. C. de SS. Eccles. Quibus deni-
que accensemus deportatos vel in exilium missos, utpote,
qui ea, quæ sunt Juris Civilis, amittunt. l. 17. ff. de pact. & pos-
sessionum incapaces efficiuntur. l. verum. ff. de procurat. & §. 2.
cum 3. f. de Cap. demin. quos ab hoc Jure etiam arcet Ordina-
tio Solimensis p. 2. tit. 12. §. Also sollen auch die jenigen / so des
Landes verwiesen / oder sonst vnehrlich gemacht / den Abtritt
nicht zu thun haben. Reinkingk q. 2. n. 336. His similes sunt ban-
niti, sive ab Imperiali culmine, sive à Principe inferiore: hæ-
enim non solum iis perditis, quæ sunt Juris Municipalis, sed
& quæ Juris civilis. l. 5. §. 1. ff. de Cap. demin. omnibus sive Jure
civilis, seu Gentium quæ sitis beneficiis privantur. Ord. Camer.
p. 2. tit. 9. §. So jemand. vers. Sollen desselben Leib und Gut jedere
männiglichen erlaubt seyn. Gædd. de V. O. c. 7. n. 31.

V III.

Datur hoc jus adversus (1) quemcunque emtorem, sive
sit primus, sive secundus, ita ut non ullum privilegium per-
sonæ aut rei defendat: adeo enim favorabile est hoc jus, ut
res semper transeat cum onere Retractus, etiamsi in sexcen-
tas manus venisset. Tiraq. §. 12. gl. 1. n. 2. & §. 27. 28. cum 30. gloss. 2. n.
17. Quod etiam procedit, etiamsi primus emtor consanguini-
neo venditoris rem vendiderit. Idè §. 11. gl. 5. & §. 29. gl. 1. n. 5. sive
etiam Laicus, sive Clericus. c. cum 3. ubi Panormit. ext. qui in-
possess. caus. rei serv. Marant. d. d. 8. per tot. Tiraq. §. 1. gl. 13. n. 2. & seqq.
Matth. de Affl. §. Tot a hæc lex. n. 13. 14. & seqq. (2) Pupillum ac
minorem. l. 32. §. 6. ff. de administr. & peris. tut. (3) Contra con-
san-

sanguineum venditoris remotiorem, cui ab initio res ven-
dita fuit. *c. Titius. 2. F. 26.* ubi expressè traditur, proximiorum
Adgnatum revocare posse alienationem feudi in remotio-
rem factam, etiam nullo refuso pretio, quod Jus Retractus
tam jure successionis & honestatis, quam ratione familiae
conservandae datur. *l. dudum. 14. C. de contrah. emt. Cujac. l. 2. F.*
tit. 14. sub fin. Hinc ille quoque, qui tempore venditionis pro-
ximus erat, si tempore Retractus nova persona nascatur,
quae ad consanguinitatem venditoris propius accedit, à jure
congrui excludi videtur. *Tiraq. §. 1. in verb. ou Lignagier. gloss. 11.*
n. 81. & §. 11. in verb. Et presere avant autre lignagier. n. 2. & (4)
tandem ipsum Principem, quia non ipsi subjectae sunt con-
ventiones & contractus. *Bald. per text. in c. 1. de Nat. Feud. 1. F. 7.*
sed & què ex suo contractu obligatur: in hoc enim confide-
ratur ut persona privata. *Costal. ad l. 1. de Pactis. Coras. 2. Miscell.*
25. n. 5. quo etiam facit historia Achabi & Naboth. *1. Reg. 20.*
relata in *c. 21. §. Nabuth. 23. q. 8. & Ezechielis illud c. 45. v. 8. &*
46. v. 18. Reiner Werckelbach epit. Tiraq. concl. 53. vol. 3. Diss. Basil.

IX.

Retractui obnoxia sunt res, ut supra dictum, immobi-
les. *per d. Constit. Freder. & quaecunque immobilium jure ve-*
niunt, quales sunt annui redditus. Novell. 7. v. ult. Clem. exivi. §.
sumq. annui. de V. S. Et jura durantia, ut usufructus. l. 4. ff. de
usufr. servitutes. l. 2. C. de servit. & aq. servitia certa & statis
anni temporibus praestanda, Ströndiens. Tiraq. d. §. 1. gl. 5. n. 4.
Hereditas, quoniam illa est jus incorporale, quod inter im-
mobilia computatur. *l. ult. C. de long. temp. prescript. Nomina*
& actiones, quae nomine rerum immobilium comperunt.
Gail. 2. observ. 11. n. 10. Item decimae, vectigalia, guidagia & o-
mnis generis portoria. Reinkingk q. 3. n. 99. Fructus pendentes,
utpote pars fundi. l. 44. ff. de R. V. l. 40. de act. emt. Afflict. §. tota
haec lex. n. 7. & Reinkingk q. 3. n. 89. Servi Adscriptitii. l. jubemus.
14. C. de SS. Eccles. l. cum scimus. 22. cum l. seq. C. de Agric. & Censit. l.
si quis inquilinos. 112. pr. ff. de leg. 1. S. Richard. ad l. hac edictali. §. his il-
lad. n. 4. C. de secundis Nuptiis. Res mobiles immobilibus con-
nexae. l. fundi. 17. §. Labeo. ff. de act. emt. Molendina in aqua &

terra ita extracta, ut non facile moveantur. Reink. d. l. n. 115. per
l. malum. fin. ff. de V. S. l. in prædiu. cum ibi notat. ff. in quibus causis
tacite contrah. pign. imò tandem res mobiles pretiosæ in me-
motiam certæ rei vel honorem familiæ reservatæ. gl. in c. 8.
vers. tractat a. ext. de hi, que fiunt à Prælato. & text. in l. lex, que
tutores. 22. C. de adm. tutor. Reinkingk d. l. n. 154.

X. ⁱⁿ Modos, quibus Jus Retractus amittitur, tres potissi-
mum numero, Cessionem, Renunciationem, & Præscriptio-
nem. 1. Cessione jus hoc perdimus, & eo postea uti prohi-
bemur, cum iniquum, & bona fides non patiatur Rem bis ab
emttore priore exigi. l. 57. ff. de R. J. Berlich. p. 2. concl. 2. n. 27. &
concl. 39. n. 47. 2. Renunciatione quoque Jure Retractus ex-
cidimus, cum quisque favori pro se introducto renunciare
possit. l. 29. C. de pact. l. 51. C. de Episcop. & Cler. & is, qui ita re-
nunciavit, postea non admittitur. l. 11. C. de reb. credit. Elect. Au-
gust. Constit. p. 2. const. 32. pr. verb. Er ihut sich dessen vorsehen. Tira-
quell. §. 1. gl. 9. n. 111. Matth. de Aff. §. Scriptum est. n. 18. Nec refert,
an quis expressè, an tacite renunciaverit; unde casus potest
formari talis: Titius pactus sibi est à Cajo, autoritate Ma-
gistratus, jus Retractus respectu domus, quæ pertinebat ad
Caji pupillū; Hæc domus, cum propter ingens æs alienum
publicè veniret, Mævius, qui ex contractu conductionis
eandem tenebat, offert loco pretii 600. florenos, Sempro-
nius interea emit hanc domum pro 900. florenis à Cajo tu-
tore, consentiente pupillo & Magistratu; perfecto contra-
ctu, quærit Cajus ex Mævio, utpote cui jus Retractus con-
ventionale à Titio erat cessum, num 900. florenos loco pre-
tii pro domo solvere paratus esset? Respondet Mævius, Er
begehre das Haus darumb nicht / ad quod Cajus reponit, Weil
er das Haus nicht darumb haben wolte / solte ers auch gegē andere
nicht verkleinern; Mævius regerit, Wer nicht die Augen auff-
stun wolte / der möchte den Beutel auffstun; Quæritur hinc, an
Mævius juri Retractus, postquam Cajus super hoc Collo-
quio juramentum litis decisorium sibi relatum præstitit, ta-
cite renunciaverit, nec ne? Et respondetur, quòd sic; & ita
super

super hoc casu interrogati euidam e Principatu Anhaltino
Nobilissimi nostri Scabini tale communicarunt responsum,
mens. Januarii Anno 1638. Als ihr vns etliche Acten in 52. Blae
sich erstreckend/so wegen eines Hauskauffs/vnd dahero von N.N.
praetendirten Juris Protimiseos vnd Vorkauffss bishero zwis-
schen N.N. Kauffern an einem / vnd dann N.N. in Vormund-
schafft N.N. seel. Erben/Verkauffern an andern/vnd gedachten
N. am dritte Theil bishero in Fürstl. Regierung in N. verübe/zu-
geschickt/vnd euch des Nechten darüber zu berichten gebet/dem-
nach sprechen wir nach fleissiger Berles: vnd Erwegung gemelter
Acten vor Recht / daß gedachter N. sich besage dessen von dem
Verkauffer wirklich geleisteten Aides/vnd deren denselben ein-
verleibten Worten/so thanes Verkaufss an solchem Hause bestän-
dig begeben/V.R.W. 3. Praescriptione etiam jus retrahendi
amitti constat: Quanti verò temporis huic termino praefixu
sit, disputatur, nos in legali retractu non triginta annos cum
Tiraq. §. 1. gl. 10. n. 10. requirimus, sed intra spatium annum re-
trahi oportere existimamus. per c. Constitutus. ext. de in Integr.
restit. Const. Saxon. p. 2. const. 32. vers. So soll innerhalb Jahres/ze. In
Retractu Conventionali nullo unquam tempore huic juri
praescribi posse verius est, quã sententiam non tantum in Ca-
mera observatam testatur Mynsinger 1. observ. 16. sed & appro-
batam Constitutione Aug. Elect. p. 2. Constit. 1. videmus.

XI.

Retrahenti ex Jure Retractus legali competit actio,
quæ condictio ex Lege moribus & consuetudine municipa-
li rectè dici potest. l. un. ff. de condict. ex Lege. nec merè persona-
lis, sed in rem scripta est, & datur non tantum contra emto-
rem, sed quemvis possessore rem retractui obnoxiam haben-
tem. Tiraq. §. 8. gl. 5. n. 8. & seq. Unde non solum in loco domici-
lii rei conventi, sed & in loco rei sitæ, hæc condictio pro ar-
bitrio actoris institui potest secundum ordinarium Juris pro-
cessum, nisi consuetudine aliter dispositum. l. fin. C. ubi in rem
actio. Myns 1. obs. 22. & 2. obs. 67. & c. Actio verò illa, quæ ex con-
ventionali Retractu oritur, merè Personalis est. arg. l. 2. C. de
pact. int. emt. & vend. & l. 6. C. de rer. permut. quã assertionẽ in ju-
dicio

diclo Camerali dicit confirmatam *Mynscentur. 6. obser. 69. n. 1.*
& *Gail. 2. obser. 16.*

Et tantum de Jure Retractus hac vice proponere placuit.
DEO sit laus, honor & gloria in sempiterna secula!

ADJECTANA.

I.

NUM Comes Imperii, Baronias & Dominia quædam sub Archiepiscopo Electore Ecclesiastico possidens, ratione illorum sit Comes Imperii, nec ne? quæstio facti magis est, quam juris certi, & ex tenore investiturarum, consuetudine loci, aliisque circumstantiis dijudicanda; Regulariter tamen id negandum videtur.

II.

An satis masculè Imperator Justinianus in *Nobell. 8. c. 1.* conjugem suam Theodoram, *REVERENDISSIMAM* salutaverit, nec ne? judicent alii. Hoc saltem pro quali quali ejusdem excusatione adnotare lubet; ipsum hoc fecisse non sui, sed subditorum ratione: Quæ ipsa quoque conjectura est Hilligeri ad *Donell. lib. 23. comm. c. 2. lit. T.*

III.

Odiosa est atque summa ratione prohibita in potentiolem facta debiti cessio; adeò, ut aperta hæc credentium voracitas non inmerito debiti multetur jacturâ. *l. 2. C. ne lic. potent.* Quinimò si manifestè de animo divexandi premendi que debitorem constet, cedentem debitum maximè alienum, vel etiam commune & indivisum, quodq; confestim tolli potest compensando, aliâ insuper pœnâ arbitrariâ, præter suæ partis debiti amissionem, afficiendum esse, mihi videtur incunctabile.

NOBILISSIMO DN. RESPONENTI.

PAUCIS multa precor: qui tractas jura Retractus,
Innumero numero Themidos te dona sequantur!

Gothofredus Fibig. D.


NON satis hoc Tibi, quòd generoso nobilis ortu:
insuper, arte, Tibi cura, referre Patrem.
Sic vivit virtus in Natis clara Parentum;
Sic ceræ veteres atria nobilitant.

Joh. Mich. Dilherrus P.P.

QVI de Retractus jure doctè differis
SCHLOTHEIMIA stirpis resplendens gemmula,
Grandemque turbam Doctorum auritam facis,
Quis te retractum de Facunæ compitis,
Virtutis ingressum esse regiam neget?
Fiet; retractus qui de jure differis,
Retraharis ut laboriosa à semita
Virtutis, ad sublime culmen gloriæ.

Andreas Ramdhor Ascaniensis Saxo.





ULB Halle
003 770 125


3




f
Sb

WDA







B.I.G.

Farbkarte #13

ANNUENTE *P. g. 23.*
NITATE: *Pr. n. num. 10.*
TIO *1638, 11*

RE-
TUS,

oritate Ma-
ltissimi Jctorum
e Salana,
INE

z. Consultissimi
E Prüschence/
nia Publici, Consi-
nciali Scabinatuque
is ac Fautoris sui
colendi,
ji
torum
oponet
RUS von Schlotheim)

MAN A.O.R. 1638.

